130

1542. d. 26. 9bris.

# Sigismundus I. Rex Poloniæ,
## Ad Consiliarios Majores regni Poloniæ.

Reverende in Christo Pater. Perfertus ad nos magis indies incrudescere Srzodæ, ubi comitia minora ediximus morbum pestulantem, quæ res si ita se habet providendum esse putamus, ne latius serpat contagio, et aut non habeantur comitia, aut multorum cum periculo habeantur. Visum est itaque sic lues ista grassatur latius, neque conquievit adhuc, ut Srzoda posthabita paternitate Vestra Posnaniam proficiscatur, atque ibi potius, ubi salubris aer est, quàm non sine multorum vitæ discrimine alibi Comitia habeantur. Quare proficiscitur eo Paternitas Vestra legationem nostram auditura, et de impendentibus regno periculis propulsandis una cum alijs consilium initura facturaque pro gratia nostra. Datum Cracoviæ die Vigesima Sexta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo quadragesimo Secundo.